



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. I. De excellentia virtutis Castitatis, & gradibus, quibus ad eius perfectionem ascendendum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

nemo certissimis quibusdam signis, decretum hoc & constitutum violasse conuictus esset, tam seuerè illum Albertus castigauit, ut eum (quia non nisi nuperrime defunctus erat) è sepulchro effodi, & sepultura a fini, in sterquilinio, sepeliri iusserit: ad

imitationem scilicet priscorum Sanctorum, quibus hoc supplicij genere in fratres proprietarios animaduertere solenne erat.
(:)



TRACTATUS QUARTVS DE VIRTUTE CASTITATIS.

CAPVT PRIMVM.

De excellentia Virtutis Castitatis, & gradibus, quibus ad eius perfectionem ascendendum est.

1. Thess. 4. 3.
67.

NEC est, inquit Apostolus,

voluntas Dei sanctificatio, id est puritas & munditia, castitas abstinencia uos à fornicatione, ut scilicet non possidere in sanctificatione & honore, non enim uocauit uos Deus in munditiam, ut sedas carnis voluptates conlectemur, sed in sanctificationem, ut in magna cum corporis & anime puritate integritateque seruiamus. Apostolus illo loco castitatem uocat: sanctitatis autem & sanctificationis nomine castitatem significat, uti obseruat S. Bernardus. Redemptor uero Christus in Euangelio celestem & angelicam uirtutem eam indigitat, propterea quod Angelis nos assimilet. In resurre. Hic, inquit, id est in uita beati, neque uident, neque habentur: sed erunt sicut Angeli Dei.

Vnde etiam S. Cyprianus, uirginem dam alloquens, sic scribit, Quod postea natiuitate illis in gloria, iam nunc in hac uita id habere incipitis: quia, quamdiu in castitate & puritate uiuatis, æquales estis Angelis. Id ipsum confirmans Cassianus, nulla ait uirtute ita homines Deo similes fieri, ac castitate: per eam namque ita pure uiuunt in carne, tamquam si carnis essent expertes, & purissimi essent spiritus, secundum illud Apostoli, Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Ipsos quin imo Angelos in hoc aliquo modo superamus, non quia hi corpore carent, propterea mixtum non est hac illos puritate præditos esse: at hominem in carne hac mortali, que tam acre bellum & assiduam rebellionem spiritui mouet, uidentem, ita uiuere, quasi circumdatus non esset, sed purus spiritus fortis longe sine macula est, & prodigio par-

Tanto

Serm. 22.
in Cantic.

Matth. 22.
39.

neque habentur: sed erunt sicut Angeli Dei.

Aug. lib. de
virg.
cap. 4.
Am.
lib. 2.
Lac. An.
Ber.
ard. &
lib.
14. 3.

Lib. 1. in c.
Reg.

Lib. 1. con-
tra Ioni-
um tract.
de Ioni-
um.
11. 7.
Christus ab
Ioni-
um
I. Ioni-
um.

11. 11.

Tantopere vero hæc Deo virtus pla-
cet, vt, cum vnigenicus Dei filius homo
fieret, & è muliere nasci deberet, non nisi
è virgine, quæque suam (vt SS. Patres no-
tant) virginitatem per votum Deo nun-
cupasset, nasci voluerit. S. Ioannes in Apo-
calypsi vidisse se ait supra montem Sion,
id est in cælo, Agnū, id est Iesum Christum,
& cum eo centum quadraginta quatuor
millia, quæ canticum nouum cantabant:
neminem porro canticum illud canere
potuiss, nisi illa centum quadraginta qua-
tuor millia, qui empti sunt de terra. Hos
esse qui cum mulieribus non sunt coin-
quinati: virgines enim sunt. Atque hos Ag-
num sequi quocunq; ierit. Notat autem
hoc loco S. Gregorius, virgines dici cum
Christo in cælo monte versari: quod ob
insigne & eximium castitatis meritum,
mirè in gloria exaltatisant.

S. Hieronymus & Augustinus illam S.
Ioannis Euangelistæ prærogatiuam, quod
nimirum plus cæteris discipulis à Christo
Domino diligeretur (hoc enim modo
cum Euangelium designat, *Discipulus ille,
quem diligebat Iesus*) inde potissime or-
tum habuisse volunt, quod ipse esset ori-
go. Quod etiam in eius festiuitatis officio
Ecclesia videtur insinuare, dum canit: *Dili-
gebat autem eum Iesus, quoniam specialis
prærogatiua castitatis, ampliori dilectione
fecerat dignum: quia virgo electus ab ipso,
Virgo in æuum permansit.* Atque hoc in
sensu de illo nonnulli explicant illud Sap-
ientis in Prouerbiis, *Qui diligit cordis
munditiam, propter gratiam laborum suo-
rum habebit amicum Regem.* Hac de causa
tantopere illum amabat, & deliciose com-
plectebatur Dominus: ideo quoque cum
super pectus suum recumbere in cæna fecit:
& quod S. Petrus, qui coniugatus erat,
à Christo in eadem petere non fuit ausus,
Ioanni innuit vt ab eodem sciscitaretur.
Deinde cum in die Resurrectionis Mag-
dalena Apostolis à mortuis Dominum sur-
rexisset nuntiasset, ipse & Petrus pariter ad
monumentum properarunt, sed ille hoc
citius ecurrit. Alias, cum in nauicula sua
in mari Tiberiadis piscaretur, & Domi-

num se in littore spectandum exhibentem
cæteri non agnoscerent, *solus virgo*, vt lo-
quitur Hieronymus, oculis illis aquilinis
*virginem agnoscit, & dicit Petro, Dominus
est.* Denique cum Redemptor de cruce
penderet, cuiam in vltimo illo suo testa-
mento matrem suam virginem, nisi disci-
pulo virgini commendauit?

Sed eximias castitatis laudes & præcel-
lentias, necnon alia multa quæ de ea dici
possint, missa faciamus: quia hoc in tracta-
tu quâ possum breuissimus esse volo, San-
ctum P. N. Ignatium imitaturus. Septe por-
ro castitatis gradus assignat Cassianus: per
quos, velut in scala, ascendere debemus,
donec ad virtutis huius cælestis & angeli-
cæ perfectionem puritatemque vltimam
pertingamus. Primus est, vt homo super
se vigilando, à nulla turpi sensualique co-
gitatione aut motu vinci se abripue sinat.
Secundus, vt id genus cogitationibus diu
non inhæreat, sed eas, vt primum senserit, à
se eliminat. Tertius, vt nullius mulieris
aspectu parum vel multum moueatur cõ-
citeturue. Gradus hic magnæ perfectionis
est, nec tam communis vt duo priores, ob
magnam carnis nostræ debilitatem & cor-
ruptionem, quæ similibus in occasiõibus
statim concitatur & turbatur. Quartus,
nullo modo vt patiat, vt sibi dæmon in-
sultet, & velut barbam vellicet excubanti,
& vt vigilans ne vel simplicem carnis per-
mittat motum. Quintus, vt, si quâdo opus
erit de id genus rebus tractare, illasq; stu-
dij causa examinare, excutere & legere,
animo subactõ, tranquillo, puroq; ea per-
currantur: nec magis huiusmodi rerum
memoria recordationeq; moueatur, quam
si de laterculis, seminando, ædificâdo, aliis-
que id genus materiis loqueretur. Gra-
dum hunc perfectissime & eminentissime
S. P. N. Ignatius iam inde à primo conuer-
sionis suæ tempore habuit, quemadmo-
dum in eius vita legere est. Sextus gradus
est, vt ne quidem dormienti turpes illusio-
nes, imaginationes, & rerum sædarū phan-
tasmata repræsententur. Atq; hoc magnam
puritatem innuit: signum quippe est, ne
minimam quidem spurcicie speciem me-

Colat. 12.
Abbat.
Cheremon.
Gradus Cas-
titatis.

Lib. 1. cap. 2.

Rodriguez exercit. pars 3.

Q moriæ

moræ insidere: secus vero cum sit, etsi peccatum vllū id noa includat (quia in somnis fit) signum nihilominus est, appetitum sensualem haudum penitus debellatum ac subactum esse, neue earum rerum imagines memoriæ tabulis erasas. Septimus & vltimus gradus, teste Cassiano, paucū est, vti Abbatis Sereni, aliorumq; similitium, quibus hanc conferre gratiam Dominus dignatur, scilicet, quādo ad tantam homo puritatem peruenit, vt nec vigilans, nec dormiens illos in se motus sentiat, qui è causis naturalibus habere ortum solent, vsq; eo vt, per gratiæ viam, appetitus plane quietus & pacifice subiectus sit, ita vt natura debilis & infirma, iam tum illius felicitatis & priuilegiorum, quæ ia primo innocentie statu habuit, partē sentiat: iuxta illud Apostoli, *Vt destruaturs corpus peccati.* In his siquidem per Dei gratiam, sua peccato vis & dominium quod habere solet, eripitur, vt iam nullum inordinatum in se motum, neū quid huc aliquomodo spectans, sentiant, sed perinde in carne viuant, quasi carnem non haberent. Nō id tamen dicere volumus, perfectioni castitatis aduersari, aliquos id genus motus tūm vigilando, tum dormiendo sentire: hoc namq; naturale est, & etiam viris perfectis posse cōtingere asserit Cassianus: etsi hanc non nullis famulis suis Deus gratiam concedat, vt perfectissimum hoc castitatis donum habeant. Alij per Dei gratiam, vix horum quidquam persentiscunt: alij, si quid oboriatur, statim ita facile ad mētis malaciam redeunt, tanquam si nihil ecurrisset. Atq; omne hoc est, angelicam puritatem æmulari: quod nobis S. P. in Constitutionibus velut scopum præfigit, in quem collimare nos & oculos dirigere oportet: *enitendo*, inquit, *angelicam puritatem imitari.* Notanda vero vox *enitendo*, quia *eniti* non solum significat tantum procurare & laborare simpliciter, sed laborare cum violentia & contentione, vi quadam sibi facta, sicut in rebus arduis & laboriosis fit ad illas superandas. Docere ergo hic & commoneere nos vult, esse nobis, vt ad angelicam illam puritatem perueniamus, omni ani-

mi contentione & viribus laborandum, & rem hanc alto à principio duendam, in omnium scilicet virtutum exercitio, maxime in mortificatione, nos exercendo. Nam, etsi hoc donari à Deo debeat, & nulla diligentia humana ad hoc satis sit, vult tamen Deus, vt, quod à parte nostra huc ipsi conferre possumus, adhibeamus: atque hæc demum via isthoc nobis Deus donum cupit elargiri.

CAPVT II.

Ad castitatem conseruandam requiritur mortificatio, & accurata sensuum, ac præsertim oculorum, custodia.

Cassianus ait, priscorum illorum Patrum opinionem ac sensum fuisse, vt pote longo multoq; experimento edoctorum, neminem vitium & appetitum hunc carnis & concupiscentiæ posse refrænare, & perfecte expurgare, nisi prius omni in re mortificare per obedientiam suas didicerit voluntates. S. Basilii quoq; & alij sancti Patres pluribus probant, ad intimam castitatis puritatem perfectionemq; cum obrinendam, tum conseruandā, omnium exercitium virtutum necessario requiri. Illæ omnes quippe huic virtuti ancillantur, adiuuant & custodiunt. Sed quia hæc in parte secundā, idcirco solum hic particularia quædam, quæ maximo nobis quoad hoc auxilio erunt, prosequemur. Primum vero sit, esse nobis, si castitatis perfectionē & puritatē consequi, eamq; conseruare cupimus, sensuum, ac præsertim oculorum, portas particulari quadam cura custodiendas. Per has siquidem malum & interitus in animum ingreditur.

S. Gregorius super illud Isaie, *Qui sum isti, qui vt nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas?* scribens, ait, ideo iustos nubiu instar dici volare, quod se à reb. terrenis sustollant, atque ideo in morem columba-

Rom. 6. 6.

p. 6 Confis.
c. 1. §. 1.

Quilra
cap. 11.

terru. 9

terru. 3

Lib. 4. de
S. P. reuol.
cap. 8.

lib. 31. 1.

Quid sit
causa
solum per
S. P.

Remedio
preceptis
seruanda.

Lib. 11. de
v. c. 2.

Isa. 40.
Ipsi nubes
dicuntur.

term.
curine.
Isa. 40.
Ipsi nubes
dicuntur.